

LECTORI  
LATINUS THEOLOGUS.

**U**BI primum a publico docendi munere cessatum est, venit in manus, a Viro Excellentissimo, mihiq; summe colendo, transmissa Exercitatio Theologica: prece addita; imo verius iussu, atque mandato, ut censorium de ea iudicium ferrem. Pugnat ea in lucubratione Græcus Auctor pro aris suis, ac focus, disputatq; quantum ejus in animo roboris est, atque nervorum, ut Ecclesiæ Græcæ sententiam, de postrema Servatoris nostri Cœna, tueatur, ac vindicet, Nempe, ut clare, distincteque dicam, Christum Dominum præscriptum lege Mosaicæ celebrandi Paschatis diem ante occupasse; divi namque idcirco Eucharistiam in pane fermentato, non azymo consecrassè, probare nititur multis modis: Scholæque viam, stylum, & ordinem tenens, trita sociorum suorum momenta recudit, nonnulla de suo adjicit, contraria demum Latinorum Theologorum argumenta refellit, aut certe refellere studet. Dubius statim hæsiti, num Viri summi iussis, atque mandatis obsequerer, meamque de transmissa Græci Theologi scriptione sententiam dicerem; quod periculosa: aleæ plenum opus esse sciam, huiusmodi Consultationibus, districta in Scriptores censoria virgula, responderè. Re tamen mature perpensa, repugnantem animum vicit tuendi honoris stimulus, propriique commodi ratio longe gravissima: quod memet ea scriptione præ ceteris Ecclesiæ Latinæ Theologis impugnatum viderim, atque perstrictum, imo etiam provocatum: ut mea hic causa potius, quam aliena verti videatur. Quod itaque a Viro summo iussus sum opus faciam; molliter tamen, & intra modum; ne quis repugnandi libidine potius, quam tuendæ veritatis studio, hanc à me susceptam curam existimet. Quare ne quid forte virgam effugiat, si desultoria methodo, Græci Theologi Exercitationem confutaverim, totam illam & integram ad latus transcriptam, continuata ferie, censoriis notis dispungam, atque refellam: neve morosior censendo videar, iudicii severitate mitigata, lapsus tantum, erroresque, tamen quandoque pinguissimos, simpliciter indicabo.



# GRÆCI THEOLOGI DE CHRISTO

Pascha suum præmature, atque in pane  
fermentato celebrante

## DISSERTATIO, A THEOLOGO LATINO

CENSORIIS NOTIS

Dispuncta, & confutata.

GRÆCUS THEOLOGUS

LATINUS THEOLOGUS

DISPUTATOR.

CENSOR.

I.



**C**hristum celebrasse Pascha  
die integra ante Judeos  
probatum primo.

Quo die Agnus Pascha-  
lis immolatus est, Chri-  
stus mortuus est: Sed  
Christus die integra ante  
mortem suam celebravit  
Pascha, ut est antiqua  
Traditio Ecclesie, & ex

Evangelio apparet: Ergo Christus die integra ante  
immolationem Agni Paschalis celebravit Pascha  
suum.

Prob. maj. S. Paulus epist. I. ad Corinth. cap.  
5. 7. ait, etenim Pascha nostrum immolatus  
est Christus; & in Thalmudico libro Sanhe-  
drin legitur, in Vespera Paschatis suspenderunt  
Jesum. Ergo Jesus mortuus est quando immolatus  
est Agnus Paschalis; quia illa dies vocabatur Pa-  
scha, in qua immolabatur Agnus Paschalis.

I.



**R**imo additu cœspitat Theo-  
logus Græcus, dum Chri-  
stum mortuum dicit, qua  
die Agnus Paschalis im-  
molatus est, cum ea po-  
tius die Paschalem Agnum  
ipse comederit. Paschalis  
autem Agni immolatio  
die uno naturali solebat  
fieri ad vespertam incli-  
nante; eisdem vero comestio diem alterum in-  
choabat, sacrum scilicet, atque festivum, a pri-  
mis vespertis initium capientem.

Quod vero ex Apostolo in probationem addu-  
cit, Pascha nostrum immolatus est Christus, non id  
profecto significat, quod fingit animo: Christum scilicet  
fuisse immolatum, qua die naturali Agnus Pascha-  
lis typicus a Judæis est immolatus: inepta quippe  
locutio illa foret: sed id sonat unice, Christum immo-  
latum, nostrum esse Paschalem Agnum, quemadmo-  
dum typicus Agnus Pascha erat Judæorum. Pa-  
scha enim sacris in litteris æquivocum nomen est,  
solemne perinde diem, & agnum immolari, &  
edi solitum sonans.

Citata Thalmudis auctoritas, undecumque cor-  
rafa sit, nihil omnino juvat, ad Græcorum sy-  
stema cohonestandum; cum nihil affirmet aliud,  
quam Jesum in secunda Paschatis vespere, hoc  
est, desinente solemnitate Paschali cruci fuisse  
suffixum. Quod certe, si ita contigit, ni-  
hil obviat, quominus Christus ad primas ves-  
peras, a quibus solemnitas sumebat exordium,  
Paschalem Agnum ex legis præscripto manduca-  
rit. Quamquam quid juvat ex Thalmude despe-  
ratae causæ præsidium quarere; insulso illo im-  
pietatum, nugarum, fabularumque centone; quem  
pissis hac ipsa in parte fordere erroribus depre-  
hendimus? Primo quidem, dum Jesum in vespe-  
ra crucifixum notat; quem ad meridiem, hoc  
est ad horam quasi sextam, in crucem actum Joan-  
nes testis oculatus affirmat c. 19. Secundo, dum  
Pascha anno illo non in Parasceve, sed in Sab-  
batum subsequens incidisse refert: Marco in op-  
posi-

positum attestante Parasceve ante Sabbatum fuisse.  
cap. 15. v. 42.

II. 2. Christus mortuus est in Parasceve, ut Ec-  
clesiastica Traditio est, omnes consentiunt, & Evan-  
geliste afferunt: Sed Hebræi celebrant Pascha quo  
die Christus mortuus est, scilicet Parasceve: Chri-  
stus ergo anteverit celebrationem Paschatis; quia  
fecit die integra ante mortem suam.

Prob. min. S. Joan. Evang. cap. 12. 1. sic ha-  
bet: Ante sex dies Paschæ venit Bethaniam, ubi  
Lazarus fuerat mortuus, quem suscitaverat: fe-  
cerunt autem ei cenam ibi. . . In crastinum  
autem turba multa, quæ venerat ad diem festum  
(Paschatis imminente) cum audisset, quia ve-  
nit Jesus Jerosolymam, acceperunt ramos palma-  
rum, & processerunt obviam ei. Ea itaque dies  
crastina, qua & pullum sibi jussit adduci, & Je-  
rosolymam triumphator sedens super pullum asine in-  
gressus est, quinta ante Pascha dies erat. Illa au-  
tem quinta dies in primam feriam (Dominicam no-  
bis) incidit, ut constans omnium Eruditorum opi-  
nio est, idque ipsum affirmat Doctissimus P. Hia-  
cynthus Serry Doctor Sorbonicus, in opere cui titu-  
lus est, Exercitationes Historiæ, Criticæ, Pole-  
micæ, de Christo, ejusque Virgine Matre, Ex-  
erit. 49. Sic igitur si quis calculum, atque suppu-  
tationem rite fecerit, deprehendet Pascha anno il-  
lo, quo Christus Dominus mortuus est, incidisse in  
diem Parasceve.

Prob. pariter Min. ex S. Joan. Evang. ait  
enim cap. 19. 14. Erat autem Parasceve Paschæ  
hora quasi sexta, &c. Innuit nobis ibi Dilectus  
Discipulus horam, atque diem, qua condemnatio  
Christi secuta est, eumque ipsum diem, quo Chri-  
stus Dominus cruci affixus est vocat Parasceve  
Paschæ; quam ideo Parasceve Paschæ appella-  
vit, quia cum festo Paschatis concurrat, quemadmo-  
dum & nos Christiani Dominicam Paschæ, seu Pen-  
tecostes illam vocitare solemus, quæ cum festo Pa-  
schatis, & Pentecostes concurrat. Si autem Para-  
sceve concurrat cum festo Paschatis, ergo Pascha in-  
cidit in Parasceve, scilicet diem Veneris, non in  
feriam quintam (nobis diem Jovis) uti adversæ  
partis vindicæ volunt.

III. Prob. min. Judæi celebrare debebant Pascha  
suum decimaquarta primi mensis Nisan in secundis  
vesperis, & decimaquinta ejusdem mensis solemnita-  
tem Azymorum: Atqui decimaquinta dies, solemnitas  
nempe Azymorum incidit in Sabbato: Ergo deci-  
maquarta, sive Pascha incidit in Parasceve. Ma-  
jor ex Scripturis Sacra Levit. c. 23. 5. & 6.  
Mense primo quartadecima die mensis ad vespe-  
ram, Phase Domini est: & quintadecima die men-  
sis hujus solemnitas Azymorum Domini est. Er  
Numer. cap. 28. 16. & 17. Mense autem primo,  
quartadecima die mensis Phase Domini erit, &  
quintadecima die solemnitas, &c.

Minor pariter probatur ex Sacra Scriptura, novo  
scilicet Testamento. S. Joan. cap. 19. 31. hæc ha-  
bet: Judæi ergo (quoniam Parasceve erat) ut  
non remaneret in cruce corpora Sabbato (erat  
enim magnus ille dies Sabbati) rogaverunt Pila-  
tum, ut frangerentur eorum crura, & tollerentur.  
Sabbatum a sacro Evangelista appellatur ma-  
gnus dies, scilicet Sabbatum sanctius, atque cele-  
brius, quam ceteris annis: quia nempe anno, quo  
Christus Dominus cruci suspensus est, Sabbatum in-  
cidit in primam diem Azymorum, ad quæ celebra-  
nda Judæi undequaque Hierosolymam confluxerunt. Ap-  
paret igitur ex allato textu incidisse primam diem  
Azymorum in Sabbato: quo posito sequitur Hebræor  
illo anno machasse, atque comeditisse Agnum Pascha-  
lem ad vespertam secundam Parasceve. Responder  
Doctis. P. Hiacynthus Amat de Graveson in Tra-  
ctatu de Vita, Myrteris, & Annis Christi,  
Serry Tom. VI.

II. Secundi hujusce momenti propositio minor  
perinde est falsa; qua dicitur Judæos Pascha ce-  
lebrasse suum, seu Agnum comedisse in Parasce-  
ve, qua Christus est mortuus. Neque enim id  
probat Joannis Evangelistæ contextus, a Græcis  
vulgo jactatus; sed id unum evincit, naturalem  
Paschatis diem in Parasceve illo anno incidisse;  
cum in primis festivæ diei vespertis Judæi perinde  
ac Christus Pascha celebrassent, Agnumque  
comedissent. Solebant quippe Judæi dies suos in  
naturales, & festivos distinguere, uti nos in Ec-  
clesiastico ritu distinguimus: naturales quidem,  
a media nocte incipientes, & in sequenti nocte  
desinentes; festivos vero a primis vespertis ini-  
tium ducentes, & in secundis finem habentes,  
quos in festis agendis, celebrandisque ex Dei man-  
dato servabant: a vespere ad vespertam celebrabitis  
Sabbata vestra. Levit. cap. 23. v. 32. Joannes er-  
go in ea sex dierum recensione, qui a sumpta  
apud Bethaniam cœna, triumphalique in Urbem  
Jerosolymorum ingressu, ad Paschale festum efflu-  
xere; naturales computat dies; quorum ultimus,  
festivitatis, solemnitatique titulo, pridie ad ves-  
peras cœperat.

Eodem laborant æquivoco Minoris propositio-  
nis antea negatæ probationes duæ subjunctæ: quia  
ibi festivus dies a naturali minime distinguitur,  
qui tamen hoc in negotio maxime distinguitur  
est. Do ergo naturalem Paschatis diem incidisse  
in Parasceve, eaque Parasceve die Christum  
Dominum esse mortuum: Christum tamen qua  
cum Judæis Agnum Paschalem comedisse dico,  
festivo Paschæ die, qui jam a pridianis vespertis  
cœperat.

III. Falsum, imo falsissimum est, anno illo  
Sabbatum incidisse in primam azymorum diem:  
incidit enim in secundam. Idcirco autem ma-  
gnus est appellatum Sabbatum illud, quia eo sem-  
per vocabatur nomine Paschalis Hebdomadæ Sab-  
batum, in quamcumque azymorum diem incide-  
ret; propterea quod ceteris omnibus anni Sa-  
batis religiosius coleretur. Eo porro in Sabbato,  
ex generali Sabbatorum lege, vetitum erat opus  
facere. Quamquam enim lex peculiaris Paschalis  
Hebdomadæ, de solis diebus prima, & septima  
azymorum distincte loquatur, in quibus ab opere  
sit abstinendum, in memoriam liberationis ab  
Ægyptiaca servitute; aliunde tamen stabat sem-  
per salva, & integra generalis, atque antiquior  
Sabbatorum lex, quæ quocumque in Sabbato ab  
opere abstinendum edixerat, in memoriam Do-  
minicæ quietis in prima mundi creatione. Unde  
in ea hebdomadæ paschali tribus diebus ab ope-  
re cessatum est: prima quidem, & septima, ex  
peculiari hujus hebdomadæ lege; Sabbato vero  
(in quamcumque septidæ illius solemnitatis diem  
incidit) ex generali Sabbatorum omnium lege.  
Sicque rota proluxæ hujus argumentationis machi-  
na corruit.



Differt. 19. tom. 2. pag. 51. col. 1. Sabbatum ideo vocari a Sancto Evangelista magnum diem, quia incidit in secundam diem Azymorum, non vero in primam. Sed hec responsio falsi convincitur. Nam si Sabbatum illud in secundam diem Azymorum incidisset, non fuisset magnus dies, ratione quia secunda dies Azymorum incidit in illud; quia in secunda die Azymorum opus servile Judæi facere poterant; quod probatur ex sacris Scripturis. Exod. cap. 12. 15. & 16. Septem diebus Azyma comedetis, in die primo non erit fermentum... Dies prima erit sancta, atque solemnitas, & dies septima eadem festivitate venerabilis; nihil operis facietis in eis, exceptis his, quæ ad vescendum pertinent. Levit. pariter cap. 23. 5. 6. 7. & 8. Mense primo quartadecima die mensis ad vespem, Phase Domini est: & quintadecima die mensis hujus solemnitas Azymorum Domini est: Septem diebus Azyma comedetis. Dies primus erit vobis celeberrimus, sanctusque: omne opus servile non facietis in eo... dies autem septimus erit celebrior, & sanctior: nullumque servile opus facietis in eo. Et Numer. cap. 28. 16. 17. 18. & 25. Mense autem primo quartadecima die mensis, Phase Domini erit, & quintadecima die solemnitas: septem diebus vescentur Azymis: quorum dies prima venerabilis, & sancta erit: omne opus servile non facietis in ea... Dies quoque septimus celeberrimus; & sanctus erit vobis: omne opus servile non facietis in eo. Ex quibus locis evidentissime apparet, Deum prohibuisse Judæos, ut nullum opus servile facerent in prima, & septima die Azymorum. Cum vero prohibeat, ut nullum servile faciant in prima, & septima die Azymorum, & de reliquis diebus nullam mentionem faciat, argumentum inde est, potuisse Judæos in cæteris diebus opus servile facere. Si autem opus servile facere potuerunt, non erant ergo dies solennes, celeberrime, & sanctæ: Sinon erant solennes, celeberrime, & sanctæ, Sabbatum igitur illud a S. Joanne magnum appellatum, non fuit magnum ratione, quia secunda dies Azymorum incidit in illud Sabbatum, sed quia prima dies Azymorum concurrebat cum Sabbato illo. Sed quid plura? ex allatis contextibus optime colligi potest, primam diem Azymorum incidisse in illo Sabbato magno. Nam magnus dies nihil aliud significat, nisi diem sanctum, solemne, & celeberrimum erat prima dies Azymorum, ut videtur illatis textibus: Ergo Sabbatum illud fuit magnum, sanctum scilicet, & solemne; quia incidit in illud prima dies Azymorum.

IV. Prob. 2. Primam diem Azymorum incidisse in Sabbato. Quando Christus Dominus cruci affixus est (scilicet Parasceve) non erat prima dies Azymorum: Ergo prima dies Azymorum incidit in Sabbato. Consecutionem illam nemo unus negaverit. Probamus antecedens ex sacris litteris. Judæi juxta legis Mosaicæ præceptum nullum opus servile facere poterant in prima Azymorum die: Sed aliqui Judæi in qua die Christus mortuus est, opera servilia fecerunt: Ergo in die, qua Jesus mortuus est, non incidit prima dies Azymorum. Major patet ex libris Veteris Testamenti, ex Levit. 23. Exod. 12. & Num. 28. superius a nobis allatis. Minorem probamus ex novi Testamenti libris. S. Marcus narrat cap. 15. 21. quod quando Romani milites Simonem Cyrenæum angariaverunt, ut tolleret crucem Jesu, veniebat ille de agro suo: Si autem dies, qua Christus Dominus mortuus est, esset prima azymorum, ille non ivisset in agro suo ad elaborandum, sed stare debuisset in civitate ad celebrandam diem primam azymorum; que adeo solemnis, & celeberrima apud Judæos erat; & ad quam celebrandam Judæi qui longe aberant, in Hierosolymam undequaque con-

IV. Temere prorsus inficiatur fervidus disputator, diem qua cruci suffixus est Christus, azymorum fuisse primam. Erat enimvero ipsissima dies prima ad exitum vergens. Quæ autem illic negati assertur ratio (quia scilicet Judæi etiam religiosi, Christoque adjuncti varia tunc fecere opera, quæ prima azymorum die fieri vetabantur) inutilis est. Quid enim vetat, Simonem Cyrenæum (quanquam eum Judæum fuisse ponamus, quod tamen perique Patrum inficiantur) breve de villa sua iter fecisse die illo; cum & breve unius miliarii iter agere Sabbato, nequaquam Judæi prohiberent? Quid etiam vetat Josephum ab Arimathea sindonem religionis causa, & ad pietatis officium, secreto saltem, occlusisque tabernis emisse, hac ipsa prima azymorum die; cum & primitiarum manipulum metere liceret in Sabbato, dum id necessitas postulabat? Sunt enim iis in casibus hujusmodi opera non servilia, sed religiosa, qualia etiam longe multa in Sabbatis agebantur in templo. Porro strictioris religionis fuisse quietem in Sabbatis, quam in ipsa solemnitate Paschali, primaque azymo-

rum die, liquet ex cap. 12. Exodi vers. 16. Certe quod ex empta sindone momentum repetunt Græci, ut primam tunc azymorum diem, in qua servile opus fieri vetabatur, nondum fuisse demonstrarent, in ipsos facile retorqueri potest. Cum ex eorum quoque syltemate consequens sit, in solemnitate Paschali, in qua servile opus nequibat fieri, emptam esse sindonem illam. Etenim nondum, ut illi quidem autumant, azymorum solemnitas cœpisset, dum sindon est empta, Paschalis tamen solemnitas, ut simpliciter paschalis est, cœpta erat. Hæc enim non ab Agni, & azymorum manducatione fovebat exordium, uti solemnitas azymorum, Sole nimirum occiduo; sed ab Agni immolatione, quæ aliquanto antea, hora scilicet post meridiem tertia, Soleque ad occasum aliquantulum inclinante petebat initium; qua utique hora, utpote nona diei, Christus emiserat spiritum. Quare, quocunque res cadat, in solemnitate paschali, dum servile opus nequibat fieri, sindonem emptam Græci concedere compelluntur.

V. Festivitas Pentecostes illo anno, quo Christus Dominus pro peccatis nostris affixus est, incidit in diem Dominicam; quod apparet ex antiqua traditione, que viget in Ecclesia, præcipue vero Romana; & hæc traditionem acerrime Eminentissimus Ananiam Patens Baronius, & Cardinalis Bellarminus defendunt, quam nemo unus adversæ partis vindicare negare aut debet, aut potest. Ergo prima dies azymorum incidit in Sabbato. Consequens probatur. Judæi ex communi Judaicæ legis præcepto, ut videtur in Scripturis sacris, & in Josepho lib. 2. Antiq. Judaicæ. cap. 10. Festivitatem Pentecostes celebrare debebant a secundo die azymorum, enumeratis septem hebdomadibus plenis, id est quinquaginta diebus, qua supputatione facta, perspicuum erit, primum diem azymorum in Sabbatum incidisse. Respondens Eminentiss. Cardinales Baronius, & Bellarminus primam diem azymorum incidisse in Parascevem, non in Sabbatum, etsi Festivitas Pentecostes incidit in Dominicam; quia, ajunt, quando secunda dies azymorum concurrebat cum Sabbato, Judæi enumerabant quinquaginta dies, non a secunda die azymorum, sed a tertia. Ad quod comprobandum nullum textum sacrarum litterarum, aut alicujus Scriptoris afferunt, sed rationem sequentem; quia, nempe, cum secunda azymorum die juxta legis Mosaicæ præceptum, manipulum demetere, atque D. O. M. offerre deberent, non illico fas erat die Sabbati manipulum illum demetere; ideoque cum secunda dies azymorum concurrebat cum Sabbato, in sequentem diem missionem falsis in segetes transferebant, a quo die quinquaginta dies enumerare incipiebant. Unde autem hoc habeant Purpurati illi, minime nobis aperiunt, nullum textum sacrarum Scripturarum habent, unde id probent, sed nituntur legi universali Sabbati. Ajunt enim, Judæi in die Sabbati nullum opus servile, etiam quod ad cibos vite necessarios pertinebat, facere poterant ex præcepto legis Mosaicæ, ut sacris in paginis videtur: Sed demetere manipulum est opus servile; ergo demetere manipulum die Sabbati prohiberentur Judæi. Verum (dicam servato honore, qui tantis viris debetur) multum falluntur. Do enim libens, & concedo legem Mosaicam prohibere Judæis quæcumque opera servilia, etiam quæ ad cibos pertinent, in die Sabbati facere: At nego prohibere in die Sabbati manipulum demetere, quia non est opus servile. Quod enim ad cultum divinum pertinet, non est opus servile: atqui ille manipulus ad cultum divinum pertinet. Deo quippe O. M. offerri debebat: Ergo

VI. Tota hæc prolata argumentatio labili nititur fundamento; quod nempe quo anno mortuus est Christus, in diem Dominicam incidit Pentecoste. Est enim id longe falsissimum; commentitiæque omnino est, jactata a nonnullis eadem Traditio Ecclesiastica, ex Actibus Apostolicis c. 2. falsi convicta. Liquet enimvero Spiritum Sanctum ipsa Sabbati die, hora tertia Judaica in Apostolos effusum esse: qua videlicet nondum consummato Sabbatico sacrificio, Judæis illicitum erat cibum sumere. Unde Petrus se, suosque condiscipulos ab impacta epti plus æquo vini calumnia vindicans, Judæis conviciantibus ait: non sicut vos affirmatis hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia; qua nimirum ne quidem cibum sumere licebat in Sabbatis, donec ad horam circiter sextam solemne sacrificium consummatum esset. De quo lege Flavium Josephum in vita sua. Nulla ergo in Ecclesia Traditio fuit unquam, qua constet, Pentecostem, quo anno mortuus est Christus, in Dominicam, seu in diem a Sabbato alteram incidisse.

Ex quo tamen publica Ecclesiæ lege sancitum est, ut Pascha in memoriam Dominicæ Resurrectionis, non Luna 14. Martii Judaico ritu celebraretur, sed die ipsa Dominica sequente, qua Resurrectio peracta fuit; eadem quoque lege, & necessaria consecutione statutum est, ut Christiana Pentecoste, in memoriam illapsus Spiritus Sancti, septima post die Dominica ageretur. Quod unum ex primæ Traditione descendit; non, quod a Baronio, & Bellarmino jactatur, Spiritum Sanctum die ipsa Dominica missum esse, qui verius Sabbato missus est, in quod anno illo Judaica Pentecoste incidit.



Ergo non erat opus servile. Ratio igitur illa Eminentiſſimorum Cardinalium merum effugium eſt, & inane inventum, nihil omnino concludens. Cumque nullus textus inveniri poſſit ſacris in Scripturis, quo probetur Judæos non poſuiſſe die Sabbati demerere manipulum, & D. O. M. offerre, neminem unum perſuadere poteſt ſpecioſum illud inventum.

VI. q. Chriſtus motus eſt illa die, qua Judæi celebrare debebant Paſcha ſuum: ſed Chriſtus die integra ante mortem ſuam celebravit Paſcha: Chriſtus igitur die integra ante Judæos celebravit Paſcha ſuum. Minor apud omnes in conſeſſo eſt: Major probatur. S. Joannes Evangeliſta cap. 18. 28. ait: Adducunt ergo Jeſum a Caipha in prætorium. Erat autem mane, & ipſi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, ſed ut manducarent paſcha. Quibus verbis ſacer Evangeliſta aperte innuit, Judæos die qua Chriſtus crucifixus eſt, Agnum paſchalem nondum comediſſe. Cum igitur Judæi ex legis præſcripto Agnum paſchalem manducare debebant ad vespæram decimequarta diei, aperte colligitur ex allato textu, Chriſtum mortuum eſſe die decimequarta, qua ſcilicet Judæi Paſcha ſuam celebrare debebant. Reſpondet P. Graveſon pag. 50. col. 1. per Paſcha non ſolum intelligi agnum Paſchalem, ſed etiam alias victimas, vitulos ſcilicet, arietes, hircos, boves, & tauros, que erant paſifica ſacrificia, per ſeptem dies azymorum immolari, & comedi ſolita. Ad quod comprobandum aſſert cap. 30. lib. 2. Paralip. & Deuter. cap. 16. At itaque S. Joannem per Paſcha non intelligere agnum Paſchalem decimequarta die menſis Niſan immolari, & comedi ſolium, ſed alias victimas, nempe vitulos, arietes, & quos Judæi ceteris azymorum diebus machare, & manducare ſolebant. Sed prætermittens quantumque aliam ſolutionem, ex ipſiſmet verbis P. Graveſon reſponſionem hanc falſi convincere volo. At enim, Paſcha manducare ſacris in literis ſemper de agno Paſchali intelligi. Aſſeram illius verba poſita in 19. Diſſert. pag. 42. col. 2. Paſcha ſiquidem manducare ſemper de agno Paſchali in Scripturis ſacris intelligitur. Si autem Paſcha manducare ſemper de agno Paſchali in Scripturis ſacris intelligitur, pariter in loco præcitato S. Joannis, Paſcha manducare de agno Paſchali intelligi debet: Quo ſemel poſito, nemo non videt neceſſario conſequiri, Chriſtum mortuum eſſe, quo die Judæi agnum Paſchalem machare, atque manducare debebant, & conſequenter anteverſiſſe celebrationem Paſchatis, quandoquidem die integra ante mortem ſuam Paſcha celebravit, ut ſacri Evangeliſta aſſerant, & apud omnes in conſeſſo eſt.

VII. Probatur pariter noſtra ſententia hoc pacto. S. Joannes cap. 13. 29. ait: quidam enim putabant, quia loculos habebat Judas, quod dixiſſet ei Jeſus: eme ea, que opus ſunt nobis ad diem feſtum. His certe ultimis verbis innuit dilectus Diſcipulus, cœnam fuiſſe factam initio diei decimequarta ante diem feſtum Paſchatis; quia Judæi principio diei decimequarta Paſcha parabant, atque omnia,

VI. Aberrat toto oſtio, qui Judæos, qua die crucifixus eſt Chriſtus, paſcha ſuum debuiſſe manducare dicit, Paſchalem ſcilicet Agnum. Quod autem ex Joanne Evangelita ſubjicitur, eos non introiſſe in prætorium, ut non contaminarentur, ſed ut manducarent Paſcha; non de Agno Paſchali, qui Paſcha antonomatiſtice dicebatur, ſed de aliis animantibus immolatis, quibus toto illo ſeptiduo mundi veſcebantur, eſt intelligendum. Hac enim omnia Paſchatis nomine vocantur interdum ſacris in literis, maxime vero Deuter. cap. 16. v. 2. Immolabis Paſche (hoc eſt Paſcha) Domino Deo tuo de ovibus, & bobus in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitat nomen eius ibi. Juxta vero ſeptuaginta Interpretes: immolabis Paſcha Domino Deo tuo, oves, & boves, in loco, &c. ubi oves perinde, ac boves in ſolemnitate illa magna immolatos, Paſcha generatim vocari nemo non videt. Sicubi vero ſcripſit Graveſonius, Paſcha manducare ſemper de Agno Paſchali in Scripturis ſacris intelligi (quod tamen in ea, qua mihi in manus eſt Editione, pagina notata non legitur) aut de Paſchate antonomatiſtice dicto ſcripſit ille; aut ſi de quocunque Paſchate ſcriptum eſt, a me non recipitur, quod falſi apertiſſime convincatur. Cum enim oves, & boves ad uſum eo ſeptiduo immolari ſolitos, Paſcha vocitent ſacere litteræ Deuter. 16. quini Paſcha manducari perinde dicant, dum boves illi, & oves eo ſeptiduo manducari dicunt? Una quippe eademque utrobique eſt loquendi formula.

Age tamen ſit ita ut volunt: & de ipſo Agno Paſchali locutus ſit Dilectus Apoſtolus, dum ait: Judæos non introiſſe in prætorium, ut non contaminarentur, ſed ut manducarent Paſcha; indeque colligi certo poſſit, Judæos, qua die Chriſtum ad Pilatum traxerunt, Paſchalem Agnum manducaturos fuiſſe ad vespæram; non illico conſequens eſſet, Chriſtum D. qui pridianis vespæris manducaverat, ſtatutum Moſaica lege dicem antecucaverat, fed contra potius Judæos, eorumque maxime Sacerdotes, Paſchatis manducationem, violata lege Moſaica, in diem alteram diſtuliffe. Probabilis quippe eſt S. Joannis Chryſoſtomi, & Theophylacti ſententia, Judæorum Sacerdotes in negotio mortis Chriſti urgendo occupatos, Paſcha legitima die non celebraſſe, ſed in frequentem diem diſtuliffe; ac legem palam violaviſſe, quam Chriſtus, & populus accurate ſervarunt. Liquido patet eos cupiditate interficiendi Chriſtum prævaricatos fuiſſe, & alia die Paſcha comediſſe. Non enim Chriſtus tempus Paſchale tranſgreſſus eſt, ſed illi audaciſſimi homines, & mille tranſgredientes legis præcepta. Quoniam ita inflammati erant, & ſepe conati capere ipſum, nihil capere potuerunt, ex inſperato nacti quod capiebant, tempus Paſche tranſpulerunt, ut ardentes cadis animos explerent. Chryſoſtomi verba ſunt Homil. 82. in Joann. qua ſuo quoque firmavit calculo Theophylactus in c. 18. ejuſdem Evangelicæ.

VII. Eſt & hoc plane futile. Ea enim Apoſtolorum verba in Chriſti Domini, cujus mentem aſſecuti non fuerant, ore poſita, Eme ea, que opus ſunt nobis ad diem feſtum, de die feſtivo præſenti jamque incepto intelligi ab ipſis potuere, non de futuro. Quandoquidem hac ipſa decurrente die prima azymorum, emi licite poterant, qua ad victum erant neceſſaria, ut expreſſe habetur in Exod.

omnia, que opus erant ad diem feſtum, emebant. Atqui, quando Jeſus dixit Judæ: quod facis, fac citius, quidam Diſcipulorum putarunt, quod dixiſſet ei Jeſus: eme ea, que opus ſunt nobis ad diem feſtum. Igitur facta eſt cœna initio diei decimequarta, die integra ante Judæos. Alias ſi cœna facta eſſet die feſto a lege ſtatuta, inſuſa, & harda eſſet omnino opinio illa Diſcipulorum; quandoquidem putabant Jeſum dixiſſe Judæ: quod opus erant ad diem feſtum; cum certo ſcire deberent, uſque ad illud tempus omnia parata, atque empta eſſe debere, que neceſſe erant ad Paſcha celebrandam.

VIII. Quid pluribus opus eſt? Aperte aſſerit S. Joannes Chriſtum celebraſſe Paſcha ante Judæos die integra. At quippe cap. 13. 1. & 2. Ante diem feſtum Paſchæ, ſciens Jeſus, quia venit hora ejus, ut tranſeat ex hoc mundo... & cœna facta, cum, &c. Quibus verbis apertiſſime dicit, Chriſtum feciſſe ultimam cœnam ante diem feſtum Paſchatis, neque ulla interpretatione opus eſt. Sed & hunc apertiſſimum, & luce clariorem textum pro ſuo ſyſtemate trahere conantur Theologi adverſe partis deſenſores. Obſervant enim illi apud Judæos triplex dierum genus olim in uſu fuiſſe, uti & nunc apud Chriſtianos, quemadmodum ex pluriſque Scripturarum locis, pluriſque argumentis probari poſſe hoc triplex dierum genus, optime obſervat Peregrinus in c. 1. Geneſeos. Quorum unum vocatur dies Legalis, ſive ſacer, alterum dies Naturalis, & tertium dies Artificialis. Dies Legalis dicebatur a vespæra ad vespæram: Dies naturalis incipiebat a media nocte, & ad aliam mediam noctem deſinebat; & dies artificialis ab ortu Solis in ortum dicebatur. Quibus poſitis ajunt, S. Joannem innuere duntaxat, Chriſtum egiſſe ultimam cœnam ante diem artificialem Paſchæ, ab aurora initium habentem, & ante diem pariter naturalem Paſchæ a media nocte incipientem. Sed hoc merum effugium eſt, & inventum inane. Etenim dies naturalis, & artificialis nullum locum habent in diebus feſtis. Evidenter, amabo, quando illud mihi triplex dierum genus attulerunt, nonne dixerunt, diem ſacrum habere locum in feſtivitatis diebus, & incipere a vespæra ad vespæram? Quo poſito, quis unquam ſibi perſuadere poteſt, S. Joannem Evangelicam fuiſſe ita ignavum, ut veſciſſet Paſcha inceptum jam fuiſſe a vespæra; aut ſi ſciſſet, ut de facto optime ſciebat, dixiſſe nondum inceptum fuiſſe Paſcha, quando Jeſus fecerat ultimam cœnam? Sed ego nullo modo poſſum intelligere, quomodo S. Joannes ſciens Paſcha fuiſſe a Judæis celebratam, feſtivitatemque Paſchatis fuiſſe inceptam, dixerit: ante diem feſtum Paſchæ. Certo certius eſt, illum qui attente conſideraverit verba Joannis, & diſtinctiones hæc Theologorum, talia nunquam poſſe concoquere. Ejuſdem divini oraculi alii aliam ſolutionem proferunt, qui de die ipſo ſacro Joannem ita locutum contendunt, ut tamen ea voce, qua in græco textu extat, *ἡμεῖς* *ἔσθωμεν* *τὴν* *πάσχα*, hoc eſt, pridie Paſchatis, primam diei ſacri Paſchatis partem intellexerit: & *ἡμεῖς* *ἔσθωμεν* poſuerit dilectus Diſcipulus pro *ἡμεῖς* *ἔσθωμεν*, quod nimirum ita feſtum procedit, ut tamen ſi feſti pars, videlicet prior. Sed hæc ſunt trica, & ſophiſmata inania, vides, indigeſtæque obſervationes. Et auctor hujus reſponſionis demonſtratum callere linguam Græcam, & nec minimam quidem habere cognitionem: quoniam præpoſitio *ἡμεῖς* cum genitivo idem ſonat ac ante apud Latinos, ita ut *ἡμεῖς* *ἔσθωμεν* *τὴν* *πάσχα* proprie transferri deberet, ante diem feſtum Paſchæ, ut optime ſcit D. Hieronymus lingue græcæ apprime gnarus. Quod ſpectat ad vocem *ἡμεῖς*, falſiſſimum eſt illud eſſe, quod ita feſtum procedit, ut tamen ſi feſti pars, videlicet prior. Imo *ἡμεῖς* *ἔσθωμεν* nullam connexionem ha-

Exod. c. 12. v. 16. Dies prima erit ſancta, atque ſolemnis, & dies ſeptima eadem feſtivarum venerabilis; nihil operis facietis in eis, exceptis hiis, que ad veſcendum pertinent. Imo & alia poterant Apoſtoli ſibi comparare, quibus Deum hoc ipſo die feſto colere poſſent, ut explicat D. Thomas lect. 5. in cap. 13. Joannis. Quæ omnia Judas nefariæ Magiſtri ſui traditioni intentus, anticipato emere neglexiſſet, atque parare.

VIII. Certo certius eſt, Joannem aſſerentem, Chriſtum ante diem feſtum Paſchæ cœnam celebraſſe ſuam, de naturali die locutum eſſe, a media nocte incepturo; non de die ſolemni ſacro, atque feſtivo, primo ſcilicet azymorum, qui a primis vespæris exordium duxerat, dum hæc ipſa cœna eſt cœna. Alias cum Matthæo, Marco, & Luca conciliari omnino non poterit. Quandoquidem tres illi id factum diſertiſſime dicunt a Chriſto Domino, ipſo ſolemni, atque feſtivo Paſchali die, primo ſcilicet azymorum. Quare non eſt hoc merum a Latinis Theologis excogitatum effugium, ut Græcus diſputator eſt, ſed neceſſarium proſus interpretamentum, ut ſua omnibus Evangelicorum Scripturis veritas conſtet. Equis non eſt ſibi fingat, in ſolemnitatibus, diebusque feſtis recentendis, atque notandis, locum habere non poſſuiſſe etiam naturales dies? Ex quo enim illa dierum diſtinctio in ſacros, & naturales, apud Judæos recepta erat, ut eſt modo in Eccleſia Chriſtiana (quod ultro, citroque conceditur) tam potuit Joannes diem naturalem, in Paſchate, aliove quocunque feſto notando uſurare, quam modo in Eccleſia uſurpamus. Sciebat equidem Joannes diem Paſchæ ſolemnem ſacrum, atque feſtivum apud Judæos jam capiffe, ut obſcure, at illud quoque ſciebat, non capiffe apud eodem naturalem. Atque ita utrumque pro arbitrio diem ſua in narratione potuit adnotare.

Hæc ſi minus reſponſio placet, haud ita moroſi ſumus, quin aliam demus ex abundantia; que paulo antea num. 6. ex D. Joannis Chryſoſtomi, & Theophylacti ſententia, data eſt: Joannem ſcilicet, ubi Chriſtum cœnam ſuam celebraſſe ait ante diem feſtum Paſchæ, diem illum intellexiſſe, quo Judæi anno illo intempetive celebrarunt; non illum, qui erat ex lege Moſaica præſinitus, quem Chriſtus ſancte, religioſeque ſervavit.

Cæterum ludit operam, pugnatque cum larvis Theologus Græcus, dum obſcuros Latine Eccleſiæ Theologos aliquos infectatur, qui memorata Joannis verba, ante diem feſtum Paſchæ ſic accipi volunt, quaſi diceret, in anteriori, ſeu priori parte diei feſti; ut vel ſic de eadem omnino die Evangelicæ omnes locuti intelligantur: cum prima azymorum vespæra, de qua locuti ſunt Matthæus, Marcus, & Lucas, dum primam azymorum dixerat diem, ipſa ſit pars prior, ſeu anterior diei feſti, de quo locutus eſt Joannes. Operam, inquam, ludit, cum nemo noſtrum unus fuerit, qui coactam illam Joannis explicationem neceſſariam duxerit, ut cum cæteris Evangelicorum Scripturis conciliari commode poſſit.



bet cum... Si quis vero propriam significationem scire velit vocis... consultat Jacobum Tufanum in suo Lexico Græco-Latino, & Henricum Stephanum in suo Thesauri linguae Græcæ, ubi inveniet, quod... proprie interpretatur dies antecedens festum.

Corollarium precedentis doctrine

Christus consecravit in fermentato

IX. Cum in antecedentibus satis superque demonstraverimus, Christum celebrasse Pascha suum die integra ante Judaicum, necessario sequitur, Eucharistie Sacramentum in pane fermentato celebrasse; quia Judæis initio diei decimaquarte fas erat panes fermentatos manducare. Præterquamquod usus Azymorum a Paschate tantum vocabatur. Sed Jesus celebravit Pascha suam ante Judaicum, ut luculenter demonstravit: ergo non comedit. Majorem nemo unius negaverit; hoc enim habetur expresse in Exodo cap. 12. 15. Septem diebus azyma comeditis: in die primo non erit fermentum in domibus vestris: quicumque comederit fermentum, peribit anima illa de Israel, a primo die usque ad diem septimum. Ergo in die primo incipiebant esse azyma, quando scilicet fermentum non licebat habere in domo sua. Sciendum insuper, quod placens infermentata, seu azyma, comparanda, & facienda erant initio diei decimaquarte, seu sub finem diei decime tertie: ergo cum Christus comederit Pascha die decimatertia, non comedit Azyma, quia in ipso die incipiebant comparare illa.

X. Verum si sacras Evangelistas consulerimus, inveniemus Christum celebrasse Sacrosanctam Eucharistiam in pane fermentato. Ajunt quippe Christum consecrasset quod idem est ac si dicerent pane fermentato. & pro: enim proprie significat panem fermentatum, & Scriptura quando ait simpliciter, vult significare panem fermentatum; quando vero vult azyma significare, appellat azymos, sive panes. Ergo ex ipsa sacra Scriptura, evinci potest, Christum in fermentato consecrasset.

XI. Quibus addiderim & aliam rationem minime contentendam, qua suaderi potest non fuisse convenienti ut Christus in pane azymo consecraret corpus suum: quia scilicet non foret bona analogia corporis Christi cum pane azymo. Corpus siquidem Christi fuit, & est perfectissimum; at panis azymus est imperfectus panis: Igitur non est bona analogia corporis Christi cum pane azymo. Deinde panis azymus est panis afflictionis, ut legitur Deuter. cap. 16. 3. Septem diebus comeditis absque fermento afflictionis panem: At corpus Christi est illud quod lætificat homines; ergo non bene conveniunt.

IX. Nil mirum foret, si ex falsa, erroneaque doctrina falsum, & erroneum sequeretur Corollarium; Christum scilicet in fermentato, non in azymo consecrasset. Quamquam nec hoc quidem ex ea falsa doctrina sequitur, etsi eam poneremus esse verissimam. Quia si Christus mortis suae præsciis, aut alia forte ratione ductus, Paschatis celebrationem, Agnicæ Paschalis manducationem anteverisset, perinde panis azymi comestionem, sine qua Agni efus esse non poterat, antecucupasset; ad eum sane modum, quo qui Paschatis celebrationem differre in mensem alterum cogebantur, azymorum quoque comestionem pari ratione differrebat, ut plenus, & integer staret sacri Paschatis ritus. Ita jubente Domino Num. cap. 9. v. 10. Homo, qui facit immundus super animam, v. 10. Homo, qui facit in gente vestra, faciet Pascha Domino in mense secundo, quartadecima die mensis ad vespem: cum azymis, & lactucis agrestibus comedent illud.

X. Quamquam audacior videri possim, si Latinus homo Græcum Theologum græci vocabulivim, potestatemque docere velim; fidenter tamen affirmo, azymos generatim, & universos panem significare quemcumque, seu fermentatum, seu azymum; ac sine fermento: nec esse omnino necesse, ut quoties in græco textu legimus azymos, sine addito azymos, panem semper fermentatum intelligamus. Exemplo sit cap. Lucæ 24. ubi fertur duorum discipulorum historia euntium in Emmaus, tertia Paschatis die; narraturque v. 30. quo pacto Jesus accepit panem, & benedixit, & fregit, & porrigebat illis: & v. 35. quo pacto etiam Discipuli illi cognoverunt eum in fractione panis: vocabulum azymos femel & iterum in græco textu nude, ac simpliciter legitur, sine additione azymos, quamquam certo certius sit, panem hunc non fuisse fermentatum, sed azymum; cum ea die, quæ tertia inter paschales erat, fermentatum panem edere, aut etiam servare in domibus non liceret. Lucæ cap. 24. vers. 30. & v. 35. Et sic evincitur.

XI. Facti alicuius rationes congruentes, & ex analogia petite novi, & veteris Testamenti, elumbes sunt, atque futiles, nisi factum aliunde probatum maneat certissimis documentis. Quamquam si peractæ a Christo Domino consecrationis, seu in fermentato, seu in azymo, rationes ex congruenti petitas audire libeat, longe admodum plures a Latinis Theologis proferuntur pro celebratione in azymo, quam pro celebratione in fermentato proferantur a Græcis. Quarum vel hæc una cæteris omnibus præstat, quod fermentatum symbolum sit vetustatis, malitiæ, & nequitie; azyma vero symbolum sinceritatis, & veritatis. Juxta illud Apost. 1. ad Corinth. cap. 5. v. 8. Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitie, sed in azymis sinceritatis, & veritatis. Neque obitat, quod azyma panis afflictionis vocetur Deuter. 16. v. 3. Præ-

XII.

Momenta, quibus nititur systema adversariorum, refelluntur.

XII. Christus celebravit Pascha prima die azymorum, quando Judæi mactabant agnum Paschalem, & comedebant: Ergo Christus non anteverit celebrationem Paschatis. Ad probandum antecedens assertum textum trium Evangelistarum. At quippe S. Lucas c. 22. 7. Venit autem prima dies azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha. Et misit Petrum, & Joannem dicens: Euntes parate nobis Pascha, ut manducemus. S. Matth. c. 26. 17. Prima autem die azymorum accesserunt Discipuli ad Jesum dicentes: ubi vis paremus tibi comedere Pascha? & S. Marcus cap. 14. 12. Et primo die azymorum quando Pascha immolabant, dicunt ei Discipuli, quo vis eamus, & paremus tibi, ut manduces Pascha? Ergo, inquit, prima die azymorum fecit Jesus Pascha. Fateor quidem hæc divina oracula primo intuitu insolubilia videri; sed qui attente consideraverit, facile ab illis se expediet. Et quidem quod attinet ad S. Lucam, sine ulla negotio respondemus. Dico igitur, quod quando S. Lucas ait, venisse primam diem azymorum, quando Discipuli accesserunt ad Jesum, & interrogarunt de celebratione Paschatis, non revera intelligitur de factio primam diem azymorum venisse, sed appropinquasse. Hocque gratis non dico: Verbum enim venire plerumque idem sonat ac appropinquare. Quod ut melius intelligatur, dabo exemplum petitum ex Evangelista Matthæo. Ait enim sacer Evangelista cap. 21. 1. Cum appropinquasset Jerusalem, & venisset Bethphage, tunc Jesus misit duos Discipulos, &c. Plerique autem Doctissimi Viri opinantur Jesum revera non venisse Bethphage, sed appropinquasse, nisi oraculo alterius Evangeliste, Luca scilicet, qui cap. 19. 29. sic ait: Et factum est, cum appropinquasset ad Bethphage, & Bethaniam, ad montem, qui vocatur Oliveti, misit duos Discipulos suos, &c. Sic igitur per verbum venisse, appropinquasse potius significare voluisse S. Matthæum. Ne quis vero gratis id a me dici putet, consulat Exercitationem 49. eruditissimi, doctissimique P. Hiacynti Serry Doctoris Sorbonici, ex qua allatum exemplum sumpsit. His ita positis, dico pariter Lucam per verbum venisse significare voluisse primam diem azymorum appropinquasse. Quod usitatissimum est etiam per id tempus. Multi enim Sabbato sancto dicere solent, venit tandem Pascha: & tamen nondum de factio venit, sed significare volunt jam appropinquasse.

XIII. Data responsione oraculi D. Luca, veniendum nunc est ad solutionem oraculorum duorum Evangelistarum, Matthæi scilicet, & Marci; que quidem non ita de facili dissolvi possunt: conabimur tamen & illa meliori modo dissolvere. Ut rite intelligantur sacri illi textus, in memoriam revocandum est triplex illud dierum genus superius a nobis allatum, quod apud Judæos in usu fuit. Nam quando Matthæus, Lucas, & Marcus asserunt Christum celebrasse cum Discipulis suis Pascha primo azymorum die, non intelligunt primo die azymorum naturali, aut artificiali, sed sacro, sive legali, quemadmodum omnes veteri Theologi consentiunt, præcipue vero doctissimus, & celebris Hiacyntus Serry Exercitatione

Serry Tom. VI.

Præteritæ quippe afflictionis panis est dictus, non presentis: quia, ut ibidem exponitur, in afflictione primum comestus est a Judæis, dum ex Ægypto cum ingenti pavore sunt egressi: quod ad panem Eucharisticum per analogiam non incongrue trahi potest: quem Apostoli de Judæa traditione, deque proxima Christi Domini morte admoniti, ingentique pavore concussi, in afflictione comederunt.

XII. Etsi presentis temporis verbum venit, italicè viene, de die, vel anno dictum appropinquare significet: præterito tamen tempore dictum venit, italicè è venuto, ut est apud Lucam, non appropinquare diem significat, sed advenisse re ipsa. Nec officit exemplum ex Matthæo c. 21. Cum appropinquaret Jesus Jerusalem, & venisset Bethphage, ubi venisset idem sonat atque appropinquasset: non officit, inquam, quia ibi non de die, vel anno dicitur, quod simpliciter venerit, sed de Christo, quod ad Bethphage, seu ad vicinia Bethphage venerit. Appropinquare autem Bethphage, & venire ad vicinia Bethphage, idem sonant.

Sed age, verbum venit etiam præteriti temporis appropinquasse quandoque significet, ac non semper advenisse re ipsa: eaque D. Luca loquendi formula, venit autem prima dies azymorum, vario sensu absolute, ac per se se accipi possit; ratio tamen postulat, ut cum eandem ibi D. Lucas narret historiam, eandemque diem notet, quam & narrat, & notat Matthæus, & Marcus, eodem sensu locutus & ipse sit. Porro advenisse re ipsa primam azymorum diem, ac non tantum appropinquasse, duo illi aperte significant, dum ajunt, primo azymorum die Discipulos de parando Paschate Christum interrogasse.

XIII. Falsum omnino est, primam azymorum diem sacram incepisse a secundis vespere diei decimatertiae primi mensis; idque merito Gravefolinus negat, negantque quotquot hac in re aliquid sapiunt. Imo certo certius est, incepisse a secundis vespere Luna decimæ quartæ, quæ cum primis vespere diei decimæ quintæ coincideret. Difertissima Levitici verba sunt cap. 23. vers. 5. & 6. Mense primo quartadecima die mensis ad vespem Pascha Domini est, & quintadecima die mensis hujus solemnitas azymorum Domini est.

Quod autem in oppositum sit argumentum ad hominem, puro putoque laborat æquivoco, orto ex falsa intelligentia meridie, qui vespere præcessit

A a



zione 30. de Christo, ejusque Virgine Matre, & doctissimus Hiacynthus Anan de Graveson Dissert. 19. Primus autem dies azymorum sacer incipiebat a secundis vespere diei decimæ tertie. Unde dico Discipulos accessisse ad Jesum initio diei decimæ quartæ, & tunc Jesum celebrasse Pascha, die integra ante legalem; quia agnus Paschalis ad Hebræos comedi debet juxta legis præceptum sub fine diei decimæ quartæ. Hac porro via nos expedimus ab illis divinis oraculis, in quibus Theologi adversi systematis vindicæ delicias faciunt. Verum duo opponit in dicta Dissertatione allate nostre responsioni doctissimus P. Graveson. Negat primo loco primam diem azymorum incipere a primis vespere diei decimæ quartæ, asserit autem incipere a secundis vespere diei decimæ quartæ mensis Nisan. Sed prætermittens plurimas alias rationes, quibus probare luculentè possem, primam diem azymorum incipere a primis vespere diei decimæ quartæ; eisdem illius verbis, & ut inquit, argumento ad hominem vincere illum volo. Asserit quippe pag. 42. ille auctor Petrum, & Joannem missos fuisse ad parandum Pascha hora circiter prima post meridiem exeuntis diei decimæ quartæ. Sed quando Petrus, & Joannes missi sunt ad parandum Pascha, erat prima dies azymorum, ut affirmant SS. Evangeliste: ergo hora circiter prima post meridiem exeuntis diei decimæ quartæ erat prima dies azymorum. Si autem hora circiter prima post meridiem exeuntis diei decimæ quartæ erat prima dies azymorum; ergo seditas primæ diei azymorum non incipiebat a secundis vespere diei decimæ quartæ mensis Nisan. Si vero non incipiebat a secundis vespere diei decimæ quartæ, incipiebat igitur a primis vespere diei decimæ quartæ. Nam cum esset dies legalis, seu sacer, neque a media nocte, ne ab ortu Solis, sed a vespere ducebatur. Ergo restat responsio nostra valida, atque inconcussa. Opponit Graveson secundo loco: Non est verisimile Discipulos Christi principio diei decimæ quartæ ab illo postulasse: ubi vis paremus tibi comedere Pascha? quia Discipuli sciebant Pascha celebrari, seu agnum paschalem mactari, & comeditatum debere juxta Legis præscriptum sub fine diei decimæ quartæ. Intempestiva ergo fuisset illa Discipulorum interrogatio, si ab illis facta fuisset initio diei decimæ quartæ. Verum miror tantum hominem talia dicere. Nam esset intempestiva interrogatio Discipulorum, si Discipuli scientes agnum paschalem immolari, & comedi debere sub fine diei decimæ quartæ, interrogassent Jesum de tempore, quo Pascha manducare vellet; sed cum interrogassent de loco ubi vellet parari Pascha, minime intempestiva videtur interrogatio illa Discipulorum. Dabo vobis exemplum: Possem interrogare ergo Paulum Sabbato sancto, ubi manducemus Pascha, & tamen illa mea interrogatio non erit intempestiva, imo maxime opportuna erit.

XIV. Opponit Doctissimus Serry in dicta Exercit. Nulla Christo Domino ratio esse potuit, præscriptum a lege celebrandi Paschatis diem antevertendi. Ponamus enim, Christum mortis sue præscium dignovisse, non posse se Judaicum Pascha præscito tempore celebrare, nulla ei celebrandi necessitas incumbat, cum præceptum tunc non urgeret, quia statuta die duntaxat obligabat. Lex quidem præcepit Numer. cap. 9. 10. ut si quis non posset ob causas ibi dictas Pascha celebrare statuta die, differret in mensum alterum: at nupiam legitur præceptum fuisse, ut qui statuta die Paschatis crederet se moriturum, celebrationem Paschatis anteverteret. Huic difficultati responderemus, non quidem ex necessitate celebrasse Pascha illud Christum Dominum, sed ex libera sua voluntate, quemadmodum multa alia fecit, ad que faciendâ nulla necessitas incumbat. Christus, ut erat Legis Dominus, ita sibi facien-

cessit primæ diei azymorum. Certe cum primæ sacra dies azymorum a vespere secunda diei decimæ quartæ inciperet; meridies vespere illam præcedens, dici non potest meridies diei decimæ quartæ; meridies enim diei sui initium non præcedit, sed subsequitur. Unde dum dixit Gravesonius, dicuntque cum illo ferme omnes Interpretes, Petrum, & Joannem a Domino missos esse hora circiter prima post meridiem, meridiem non intelligunt diei sacre decimæ quartæ, sed diei naturalis, ad cujus vespere dies sacer inceperat, qui suum subinde meridiem erat habiturus die sequenti naturali decimæ quinta. Non abfinititer dum Matthæus, & Marcus affirmant, eos Apostolos missos esse prima azymorum die (quæ tamen qua hora missi sunt, re ipsa nondum inceperat) diem illam naturalem designant, in qua solemnitas azymorum erat ad vespere incipitura. Quia enim communi reputatione vespere illa, in qua incipiebat solemnitas azymorum, pertinebat ad diem decimæ quartam præcedentem (etsi secundum legis dispositionem ad diem decimæ quintam pertineret) idcirco Matthæus, & Marcus communi loquendi formula usi, hanc ipsam decimæ quartam Lunæ diem primam azymorum diem vocaverunt; qualitate diei potius, quam substantiam spectando, ut loquantur Interpretes.

XIV. Si Christus nulla mortis imminens necessitate ductus, Pascha celebrationem non anteverit, ut modo conceditur; multo minus eam ex libera voluntate, contra legis instituta, anteverit diei debet, ea perbella ratione, quod legis Dominus esset. Quandoquidem eo dominio non est usus, eoque se uti nolle expresse professus est: non veni solvere legem, sed adimplere. Imo non expediebat, ut eam solveret in capite longe maximo; ne Judæos, qui eum legis Dominum esse nesciebant, offenderet; iisque criminandi occasionem præberet, quam illi plus nimio quærebant, etiam in minimis. Desideravit ille quidem hoc Pascha manducare cum Discipulis suis, ut novum nobis Pascha conderet, consecratione corporis sui: At quid quæso necesse erat Judaicum Pascha anticipato contra legis præscripta celebrare, ut novum hujusmodi conderet? cum al-

teru-

dum existimavit, altiori ratione ductus, atque consilio; solitamque Paschatis diem præter legem, & instituta majorum, pro novâ, atque arbitrio anteciperit. Possumus dicere etiam Christum celebrasse illud Pascha, quia desiderabat manducare illud una cum Discipulis suis, ut videtur ex cap. 22. 15. Luca: Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar. Colligitur pariter ardentissimum Christi Domini desiderium celebrandi Paschatis una cum Discipulis ex verbis Marci cap. 14. 14. Ubi est refectio mea, ubi Pascha manducem cum Discipulis meis?

XV. Sed urget R. P. Serry: ex ipso Evangelii textu perspicuum est, Apostolos sponte sua Christum Dominum de celebrando hac ipsa die Paschate compellasse, Matth. cap. 26. 17. Prima autem die azymorum accesserunt Discipuli ad Jesum dicentes: ubi vis paremus comedere tibi Pascha? antequam ullam mortis hac ipsa festa die illi inferendæ notitiam haberent: id enim inter cœnandum duntaxat illis aperuit, fore scilicet, ut hac ipsa nocte traderetur ad mortem. Non itaque instantis mortis occasio ad præmaturnam Paschatis celebrationem adduxit. Sed hæc difficultas parum vigoris habet, ut systema nostrum infirmit. Incertum namque omnino est, utrum Discipuli primi interrogaverint Jesum de celebratione Paschatis, aut Jesus sponte sua misisset Discipulos ad parandum Pascha. Ut est enim apud Matthæum, videntur Discipuli interrogasse Jesum de celebrando Paschate; at ex S. Luca manifestissime apparet Christum Dominum sponte sua misisset Discipulos, ut Pascha pararent, cap. 22. 7. Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha, & misit Petrum, & Joannem dicens: euntes parate nobis Pascha, ut manducemus. In quibus nulla mentio fit de interrogatione facta a Discipulis Christo Domino. Unde cum Evangeliste inter se non conveniant, nihil certi possumus affirmare. Quod autem dicit P. Serry, Discipulos scilicet interrogasse Jesum de Paschate antequam ullam mortis illi inferendæ die Paschatis notitiam haberent, falsum est, (dicant hoc bona venia tanti Viri.) Nam non inter cœnandum duntaxat aperuit illis mortem suam instantem, sed sciebant Discipuli biduo ante, ut colligere est apud Matth. cap. 26. 2. Scitis, quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifigatur. Ergo sciebant Discipuli ex tunc post biduum Pascha futurum, & mortem Christi.

XVI. Opponit P. Serry Christus una cum Discipulis Pascha celebravit: Si itaque celebrationis diem antecoccupavit ille, illi quoque cum illo antecoccuparint: Sed illis nulla ratio antevertendi fingi potest; non enim præsciebatur die Paschatis cum Christo Domino moriturum, qui reapse cum illo mortui non sunt. Cui objectioni respondemus, fuisse causam, eandemque gravissimam, cur Discipuli anteverterent celebrationem Paschatis, etsi non fuit instantis mortis occasio. Ea causa igitur, cur anteverterint Apostoli hæc fuit; quia nempe, quo tempore Judæi celebrare debebant Pascha suam, illi jejunare debebant. Nam quo die Christus mortuus est, Discipuli jejunare debebant: Atqui Christus mortuus est quo die Judæi Pascha celebrare debebant, uti jam superius demonstravimus luculentè: Ergo Discipuli jejunare debebant quo die Judæi Pascha legale celebrare debebant. Major probatur. Jesus prædixit Discipulos facturos jejunium cum ille moreretur: ergo fecerunt jejunium, & debuerunt jejunare; Christus enim non potuit prædicare rem, que postea Serry Tom. VI. even-

terutrum præstare perinde posset: aut novum, veteri minime comesto, Discipulis condere; aut mortem suam differre in diem alteram; ut vel sic modis omnibus legem impleverit. Qui enim traditus est, quia ipse voluit, traditus etiam est quando voluit.

XV. Indubitatum omnino est, Christi Discipulos eundem primo compellasse, atque ex eo ante quæsiisse, quomodo essent ad Paschatis præparationem ituri, quam Christus eos mitteret paraturos. Planus enim, apertusque est Matthæi, & Marci contextus. Prima die azymorum, inquit ille cap. 26. v. 17. accesserunt Discipuli ad Jesum dicentes, ubi vis paremus tibi comedere Pascha? Ille vero cap. 14. v. 12. Primo die azymorum, quando Pascha immolabant, dicunt ei Discipuli, quo vis eamus, & paremus tibi, ut manduces pascha? Idque eo ordine factum esse, ratio ipsa postulat. Si enim Christus sua primum sponte Discipulos Pascha paraturos misisset, inepte proferus, ne dicam stulte, eundem postea his verbis Discipuli compellasset: quo vis eamus, & paremus tibi, ut manduces Pascha? cum jam misisset, non ignorasset. Nihil in contrarium habet Lucas, quo vel leviter innuat, Christum sponte sua Discipulos non interpellatum delegasse. Venit autem dies azymorum, ait ille cap. 22. v. 7. in qua necesse erat occidi Pascha; & misit Petrum, & Joannem dicens: euntes parate nobis Pascha, ut manducemus. Quibus verbis factam prius Discipulorum interrogationem silet quidem, non negat tamen; ejusque silentium aliorum Evangelistarum discretiori narratione suppletur; ut in historia Evangelica fit sæpiissime. Indubitatum perinde est, Discipulos Christum Dominum de parando Paschate interrogasse, antequam ullam mortis ipso die Paschatis inferendæ notionem haberent. Quandoquidem postea duntaxat, in ipsa Paschatis manducatione, hanc illis diem Dominus denunciavit: Hodie, inquit, in hac nocte &c., Quod autem illis antea dixerat verbum, Scitis, quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur, ut crucifigatur, mortem quidem inferendam indicabat, distinctam tamen mortis inferendæ diem non declarabat aperte: cum sua illi perinde constaret veritas, si solum Pascha intra biduum accidisset; traditio vero Paschatis successisset, non ipso tamen Paschatis die primo contigisset.

XVI. Risum vel ab ipsis mortuis eliciet, que ibi afferret ratio, cur Apostoli, qua die Pascha suam celebrabant Judæi, Christumque morti tradebant, agnum Paschalem manducare nequiverint. quod nempe hac ipsa die deberent Discipuli jejunare, ob Christi Domini vaticinium Marci 2. Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc jejunabunt in diebus illis. Lepide profecto, atque argute! Quasi vero iis verbis servandum peculiariter illa die jejunium Discipulis suis Christus indixerit, aut prædixerit. Nec advertit, qui ita ratiocinatur argute, id unum his verbis prænucciasse Christum, fore tandem, ut ipso sponso morte sublato, Discipuli ejus in jejuniis, & plandiu, hoc est in fame, & siti, in ærumnis, laboribus, vigiliis, aliisque corporis afflictionibus vitam traherent. Quod profecto non oberat, quominus quibus diebus divina lege præceptum erat, & agnum ederent, & festum solemne agerent, & spiritalis lætitiæ signa publice darent. Nec etiam advertit incautus, Apostolos, si qua

A a 2

for-



eventu non sit adimpleta. Prophecia Christi probatur ex tribus Evangelistis. Ex Marc. cap. 2. 20. Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponfus, & tunc jejunabunt in illis diebus. Ex Mattheo cap. 9. 15. Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponfus, & tunc jejunabunt. Tandem ex Luc. c. 5. 35. Venient autem dies, cum ablatus fuerit ab illis sponfus, tunc jejunabunt in illis diebus. Verum præter allatam causam sunt & alia, cur Discipuli anteverterint celebrationem Paschatis; quia nempe Discipuli Agnum Paschalem non potuissent comedere die a Lege statuta. Etenim creditibile non est, die decimaquarta, qua Jesus fuisse crucifixum demonstravimus, & qua Agnus Paschalis mactari a Judæis, atque comedi debet, potuisse Apostolos, surrentes adhuc Judæorum rabie, simul in unum convenire locum ad peragendam Paschalem cenam, seu in societate Judæorum Agnum Paschalem manducare.

XVII. Urget Doctissimus Serry: Si Christus, ut erat Legis Dominus, statutam Paschatis celebrationem pro nutu, atque arbitrio anteverisset, Judæi offensionem passi essent, & insaurande in illum criminacionis occasionem arripuissent, cum illos res ipsa latere non posset. Deinde Paterfamilias, ad quem Christus Discipulos miserat, quique cenaculum suum ad celebrandum Pascha Jesu commendarat die non legitima, accusatus fuisset apud Judæorum Principes, & nullo pacto potuisset se excusare. Verum nos respondemus: Res ipsa Judæos latere potuit: adeoque insaurande in illum criminacionis occasionem non arripuerunt. Nam venio unus scivit Christum anteveruisse Pascha, præter Christi Discipulos, & Patremfamilias. Paterfamilias id Judæis revelare non potuit, quia occasionem Judæi arripuissent criminacionis in illum constituende, quod cenaculum suum præbuisset celebrationi illi non legitime. Neque Discipuli id facere potuerunt, præter unum Judam, qui pariter legem transgressus erat. Quia si Judæi hoc scivissent, haberent aliquam causam, etsi futilem, & inanem, Christum crucifigendi, cum e contra Christus Dominus sine ulla causa vel minima mori deberet.

XVIII. Opponit R. P. Serry: Agnus Paschalis mactandus erat in templo, nec comedi omnino poterat, nisi sanguine ejus ad altare a sacerdotibus sparset, & adipe combusto. Deuter. 16. 3. Non poteris immolare Phasce in qualibet urbium tuarum, sed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus ibi. Si Christus anteverisset, Agnum non immolatum comedisset, adeoque Legem Moisaicam summam violasset; imo ne Pascha quidem comedisset putandus esset. Sed nos negamus Agnum Paschalem mactandum fuisse in Templo; quia Judæi omnia illa que fecerunt Patres eorum in comestione Agni Paschalis exeuntes de Ægypto, facere & ipsi debebant, ut præcipitur cap. 12. 24. & 25. Exodi. Custodi verbum istud legitimum tibi, & filiis tuis usque in æternum: cumque introieritis terram, quam Dominus daturus est vobis, ut pollicitus est, observabitis ceremonias istas. Atque Judæi exeuntes de Ægypto immolarunt Agnum Paschalem per familias suas, ut ex eodem cap. v. 21. apparet: Ite tollentes animal per familias vestras, & immolate Phasce. Ergo Agnus Paschalis non immolari debebat a Sacerdotibus in Templo.

XIX.

forte de causa a celebrando ea die Paschate suo prohibiti fuissent, non ante occupare celebrationem, sed in mensam alterum differre debuissent. Sic enim expresse sancitum est lib. Num. c. 9. v. 10.

Risu, sibilisque nil minus digna est altera ratio subjuncta: cur qua die Christus mortuus fingitur, agnum Paschalem edere nequiverint ejus Discipuli: quod nempe furentes adhuc Judæorum rabie, in unum locum ad agni esum convenire non possent. Ecce quæso convenire non poterant, cum quoto tempore Christus jacuit in sepulcro, perindeque fervebat Judæorum rabies, Discipuli simul eadem in domo hospitarentur? Ibi itaque Pascha suum edere poterant a Judæorum injuriis tuti. Imo tantum abest, ut incassus Discipulis Judæorum timor conventum illorum præpediret, ut potius ille ipse Judæorum timor eosdem in unum congregatos cogeret commorari: juxta quod legitimus Joannis cap. 10. v. 19. Erant Discipuli in unum congregati propter metum Judæorum.

XVII. Vis oppositi argumenti hac una imaginaria consideratione nequaquam eliditur. Quidni enim & paterfamilias, & Judas Traditor factam a Christo Domino sacrilegam legis Moisaicæ violationem Judæis, eorumque principibus denunciassent; quamquam fuisset uterque sceleris focius, atque affinis; ille quidem sui cenaculi commodatione, aut locatione, iste sumpta intempesive cum Christo D. cæterisque Discipulis refutatione? Quandoquidem petita prius delicti socialiter admitti impunitate, (quam illis Judæorum principes ultro citroque, uti poenitentibus, ac bene meritis concessissent) sat bene sibi, rebusque suis consulissent, ne & ipsi debitas cum Christo Domino, ejusque Discipulis poenas luerent. Quæ vero ibi subiungitur perbella consideratio, Judæos scilicet causam aliquam, futilem tamen, & inanem, habituros fuisse crucifigendi Christum, si quam ille fecisse dicitur legis Moisaicæ violationem rescivissent; ac non potius evincit, Christum Dominum legem re ipsa violare noluisse, quam Judæos factam ab eo legis violationem rescivisse? Qui enim sine causa vel minima debebat mori, nullam profecto vel minimam crucifixionis suæ causam dare debuit; imo ab omni non modo malo, sed & specie mali debuit abstinere: ne Judæis in omnem criminandi occasionem intentis malam de se suspicionem ingereret.

XVIII. Spiritus hic cubat error, atque hæcenus inauditus. Nemo enim quod sciam negavit unquam, agnum Paschalem, quo ex tempore Jerosolymæ templum extructum est, in eo solo immolari debuisse. Equis enim locutus ille est, quem elegit Dominus Deus, ut habitet nomen ejus ibi, extra quem agnum immolari veterat Deus, Deuter. 16. v. 5. & 6: nisi hoc ipsum Jerosolymæ templum: quod edificari tandem justit Deus, ut esset nomen ejus ibi? 3. Reg. cap. 8. v. 16. Quod usque adeo certum est, ut & ipsi Judæi in sui nunc Paschatis celebratione agnum Paschalem ea maxime ratione non edant, quod everso Jerosolymæ templo, suisque orbati sacerdotibus, eundem immolare ultra non possint loco sibi a Deo O. M. præfinito.

Neque objicere juvat, Moysem Judæos ex Ægypto egredientes alloquentem dixisse Exod. 12. v. 21. Ite tollentes animal per familias vestras, & immolate phasce: quasi animalis, seu agni immolatio fieri in privatis domibus posset. Equis enim ita bardus est, ut nesciat, id a Moyse dictum, quo tempore necdum erat templum extructum, nec in eo positum tabernaculum; mandatum vero de facienda in Domo Domini, seu in Templo agni immolatione, ad posterum tempus, dum scilicet extructum esset, datum fuisse?

XIX.

XIX. Sed dato etiam, quod Agnus Paschalis immolari deberet in Templo, nihil inde contra nos concludi potest. Nam si ex eo quod Agnus non fuerit in Templo immolatus, concludit Doctissimus P. Serry, Christum ne Pascha quidem manducasse, possum & ego concludere, Jesum non manducasse Pascha, etsi cenam fecerit ultimam, quo die Judæi Agnum Paschalem mactabant. Nam secundum systema P. Serry prima dies Azymorum incipiebat a secundis Vesperis diei decimequarte; Atque Discipuli accesserunt ad Christum prima die azymorum, ut testantur sacri Evangelistæ; ergo Discipuli aut in secundis vespere, aut post diem decimamquartam accesserunt ad Jesum: Si autem accesserunt, & missi sunt ad parandum Pascha initio diei decimequarte, Agnum non immolatum comedit Christus; quia illa hora non poterunt parare Agnum immolatum: nam tempus præfixum, quo mactari Agnus Paschalis debebat, jam effluerat; & quia Agnus Paschalis immolari debebat ante horam post meridiem sextam. Prima autem dies Azymorum incipiebat post horam sextam pomeridianam. Unde cum Discipuli missi sint post horam sextam pomeridianam, non poterunt Agnum immolatum parare. Ergo etiam secundum systema R. P. Serry, Christus non manducavit Pascha, quia manducavit Agnum non immolatum.

XX. Opponit tandem R. P. Serry: Dato, quod Christus comestione Agni Paschalis anteverterit, in azymo tamen consecravit sacrosanctam Eucharistiam. Si enim Christus mortis sue præfatus Paschalis celebrationem anteccepit, pari quoque ratione azymorum comestione anteverit: cum comestio Azymorum Paschalis ritus pars magna esset; nec nisi cum panibus azymis, atque lactucis Agnus Paschalis comedendus esset. Liqueat id exemplo disertissimo. Si cui enim forte fortuna contingeret, Paschalis celebrationem differre in mensam alteram, in mensam quoque alteram comestione azymorum differret, ut non nisi cum azymis Pascha comederet. Diserte admodum loquitur Lex in Num. cap. 9. 10. Homo, qui fuerit immundus super anima, aut in via procul in gente vestra, faciat Phasce Domino in mense secundo quartadecima die mensis ad vespere: cum azymis, & lactucis agretilibus comedit ille. Si ergo Christus vice versa Paschalis celebrationem præoccupasset, azymorum quoque comestione præverisset, Atque ita Christus in azymis celebrasse convincitur. Sed respondemus facile. Christus enim celebravit Pascha in primis vespere diei decimequarte, die Jovis scilicet: Sed tunc non erant in promptu placentæ infermentate; tunc enim incipiebant illas Judæi comparare: Ergo Christus non potuit manducare azyma, quia nondum comparata erant.

XXI.

Censure in Græcum Theologum districtæ  
Corollarium.

Cæterum mirari mihi subit, Græco Theologo, ut suam illam, de anticipata a Christo Domino Paschatis celebratione, sententiam novis pigmentis obduceret, in mentem non venisse speciosam illam allegoricam rationem, ingeniosamque Gerardi Vossii Considerationem, qua hoc idem systema adstruere sibi visus est Dissert. de Tempore Passionis §. 4. in qua etiam nonnulli e nostris delicias faciunt. Quod nempe anticipata, ut Græci volunt, a Christo Domino Paschatis celebratione, consequens sit, eum ad Primas Paschatis vespere fuisse mortuum: atque ita factum (quod utriusque Testamenti analogia postulare videbatur) ut qua die typicus Agnus a Judæis mactandus erat, verus Agnus in cruce mactatus

XIX. Eodem hic laboratur æquivoco, quo laboratum est supra num. 12. in explicatione Meridiei, qui vespere præcessit prima die azymorum: quod cum jam a nobis sublatum sit, illud jam restat evidentissimum, Discipulos opportuno tempore missos esse, ut paschalem agnum parare, atque immolare commode possent; cum hora de meridie circiter prima sint missi, non sexta, ut fingere libet; immolatio vero agni ab hora de meridie tertia usque ad sextam solet fieri, ut ad vespere edi possent.

XIX. Si sic est, ut modo fingitur, si inquam Christus Dominus agni comestione anteverterit, non perinde azymorum esum anteverit, sed in fermentato cenam egit; quod non esset azyma præparatum; legem itaque violavit, hoc ipsum disticte, ac etiam sub maledicto veritatem: imo nec Pascha Judaicum vere celebrasse censendus erit; cum azymorum comestio, quam is fingitur omisisse, Paschalis ritus pars magna esset, a lege Moisaica discrete præscripta, ac definita. Quæ duo haud satis scio an salva religione a quoquam concedi possint. Quare ne ea de Christo Domino sinistra opinio cujusquam insideat animo, id pro certo concludendum, statuendumque, Christum Dominum, si quo casu Paschalis agni comestione anteverterit, azymorum quoque comestione anteverfurum fuisse, ne eo in casu peccaret in legem, quam se religiose semper impleturum declaraverat: non veni solvere legem, sed adimplere. Matth. 5. v. 17. Neque enim Christum a legis violatione excusasset, quod qua die Pascha præmature celebrasse fingitur, præparata non essent placentæ infermentate. Quandoquidem ad eas sibi parandas lex obligabat, si quo forte casu in aliud tempus, quo illæ in promptu non essent, Paschatis celebrationem transferre contigisset; ut habetur lib. Num. cap. 9. v. 10.

XIX. Si sic est, ut modo fingitur, si inquam Christus Dominus agni comestione anteverterit, non perinde azymorum esum anteverit, sed in fermentato cenam egit; quod non esset azyma præparatum; legem itaque violavit, hoc ipsum disticte, ac etiam sub maledicto veritatem: imo nec Pascha Judaicum vere celebrasse censendus erit; cum azymorum comestio, quam is fingitur omisisse, Paschalis ritus pars magna esset, a lege Moisaica discrete præscripta, ac definita. Quæ duo haud satis scio an salva religione a quoquam concedi possint. Quare ne ea de Christo Domino sinistra opinio cujusquam insideat animo, id pro certo concludendum, statuendumque, Christum Dominum, si quo casu Paschalis agni comestione anteverterit, azymorum quoque comestione anteverfurum fuisse, ne eo in casu peccaret in legem, quam se religiose semper impleturum declaraverat: non veni solvere legem, sed adimplere. Matth. 5. v. 17. Neque enim Christum a legis violatione excusasset, quod qua die Pascha præmature celebrasse fingitur, præparata non essent placentæ infermentate. Quandoquidem ad eas sibi parandas lex obligabat, si quo forte casu in aliud tempus, quo illæ in promptu non essent, Paschatis celebrationem transferre contigisset; ut habetur lib. Num. cap. 9. v. 10.

fuerit ab iisdem; atque ita veritas egregie typo responderit. Gratulor tamen maxime, quod speciosa illa Vossii Consideratione capus non fuerit Græcus nolter; quæ si penitus expendatur, non admodum urgere deprehenditur. Rationes enim illæ allegoricæ, ex typorum cum veritate consonantia petite, rem quidem, si fiat, congruentem ostendunt, factam nihilominus non evincunt. Cum veritatem typo in omnibus, ac per omnia respondere necesse non sit, in minutis potissimum circumstantiis, & adjunctis. Alias vix ullam veteris Testamenti figuram impletam haberemus in novo. Satis ergo in præsentem veritatem typo responderet, si in hac ipsa festivitate Paschali, qua typicus Agnus mactandus, edendūque erat, Christus verus Agnus in cruce fuerit immolatus, etsi non eadem festivæ diei hora utriusque mactatio facta sit. Typicus enim ante primas Paschatis vespere, hora



hora post meridiem tertia, ac Sole jam ad occasum inclinante mactari solitus erat, & Sole prorfus occiduo manducari debebat, ut est apud Josephum lib. 7. de bell. Jud. c. 17. Verus autem Agnus Christus Dominus hora diei quasi sexta, seu ad meridiem in crucem est actus, & hora ejusdem nona extinctus.

Si quis tamen stricte veritatis cum figura, Christi cum Agno typicam analogiam, & consonantiam velit, non unam, sed duplicem dabimus. Dicensque, Christum Dominum hac ipsa prima Paschatis vespera, qua typicus Agnus immolabatur, & edebatur, ad mortem fuisse traditum a discipulo proditore, fuisse comprehensum, funibus ligatum, raptumque ad tribunal; atque ita jam tunc capisse mactari, & quodammodo mori: etsi posthac tantum in crucem sit actus, atque in illa extinctus. Aut certe reponemus, Christum Dominum mactationis suæ tempus aliquantulum protraxisse, ut vel hoc pacto significaret, figuram ad finem tandem esse perductam; veritatemque supra figuram ipsam permanuram, & duraturam; legique veteri novam tandem successisse: cujus idcirco novus Agnus non veteri prorfus ritu, sed quodammodo novo immolabatur in cruce.

His itaque longe missis, seu mysticis, seu propriis, ac litteralibus rationibus, quas omnes & futes, & vanas ostendimus; illud certissime concludendum, Christum Dominum Pascha suam, definita per legem die, celebrasse, nulloque pacto anteoccupasse.

Fuit illa certa semper, constans, & indubitata utriusque olim Ecclesiæ sententia, cujus nobis testes locupletissimi sunt, Tertull. lib. contra Judæos c. 9. Origenes Homil. 23. in Numeros, Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 13. Eusebius Cæsariensis lib. 10. Demonstrationis Evangelicæ cap. 6. Joannes Chrysostomus Homil. 82. in Joannem, Epiphanius hæresi 30. Hieronymus in c. 26. Matthæi, Leo Magnus serm. 7. de Passione. A qua quidem constanti priorum omnium sæculorum sententia desistere velle, per speciem unius, alteriusve Scripturarum Oraculi; & quidem male detorti, & in absonum sensum inflexi, haud satis scio, an non audacioris consilii sit. Quid etiam, quod in ea prægravi controversia, de certo celebrandi Christiani Paschatis die, que a secundo Christiani nominis sæculo, universam Ecclesiam per annos amplius trecentos exercuit, Asiaticis Luna 14. Martii una cum Judæis celebrandum contendentibus, & Christi (quod ita celebrasset) exemplo sententiam tuentibus; nullus Sanctorum Patrum, ac Romanorum Pontificum inventus est unquam, qui Christum Luna 14. cum Judæis re ipsa celebrasse negaverit; speciosumque illud Asiaticorum fundamentum falsi convincerit; sed aliis longe multis quæsitis momentis Quartodecimanos impugnarunt. Adeo scilicet in universa Ecclesia, cum Latina, tum Græca, illud certum, indubitatumque habebatur, Christum Dominum Luna decimaquarta ad secundam vesperam una cum Judæis Pascha Judaicum celebrasse; Alias tam expeditam diruendi præcipui Quartodecimanorum fundamenti viam minime neglexissent. Quæ sane consideratio Theologum omnem, cui non omnino frons perit, continere in officio sola posset, ne quid mississet in oppositum, neve novas de postremo Christi Domini Paschate opiniones, quas tota retro damnavit

antiquitas, tueri præsumat, atque defendere.

His attendant velim nonnulli Romanæ Communionis Theologi recentiores, qui ea, quam hæcenus impugnavimus, de anticipato a Christo Domino Judaici Paschatis tempore, sententia plus nimio delectati, ac veluti fascinati, consecutionem inde eliciunt multo periculosiorem: Christum scilicet Judaicum Pascha minime celebrasse; Agnumque, & azyma minime comedisse; sed ritu Judaico plane neglecto, Eucharisticam duntaxat cœnam instituisse, corpusque suum, & sanguinem sub mysticis symbolis fumendum Apostolis tradidisse. Consecutionem illam ex falso principio, etsi gratis admitteretur, via nulla, ratione nulla fluentem damnat Ecclesia Catholica in sacris precum officiis; Judaicum Pascha, Agnum nimirum, & azyma a Christo in ultima cœna comestum affirmans: *Noctis recolitur cœna novissima, qua Christus creditur agnum, & azyma dedisse fratribus juxta legitima præscripta indulta patribus. Post agnum typicum expletis epulis, corpus Dominicum datum Discipulis, sic totam omnibus, quod totum singulis, ejus statum manibus.* Damnat Concilium Trident. sess. 22. cap. 1. *Christus, inquit, in cœna novissima, qua nocte tradebatur, celebrato veteri Pascha, quod in memoriam exitus de Ægypto multitudine filiorum Israel immolabat, novum instituit Pascha.* Damnat constans, & firma Patrum Traditio, Origenis Tract. 35. in Matthæum, S. Joannis Chrysostomi Homil. 82. in Joannem, S. Hieronymi in cap. 26. Matthæi, S. Augustini Epist. 86. S. Epiphanius hæresi 30. Cyrilli, Theodoret, Eusebii, Bedæ, aliorumque a D. Thoma laudatorum in Catena aurea ad cap. 22. Lucæ v. 15. A qua quidem Traditione nemo Patrum abscissit, Christumque Judaici Paschatis celebrationem omisisse commentus est.

Quod enim a nupero novi illius systematis defensore jactatum initio fuerat, D. Petrum Alexandrinum, in Præfatione Chronici Paschalis, seu Alexandrini, nuperrime a *Carolo du Cange* publicati, illud idem acerrime propugnasse; veterumque Patrum, Clementis Alexandrini, Apollinaris Hieropolitani, Hippolyti Portuensis auctoritate confirmasse: id inquam sibilis, & risu ab eruditis universis exceptum est: quibus certo liquet, Præfationis illius, ex variis variorum Scriptorum centonibus confaricata, auctorem non esse, nec esse posse Magnum illum Petrum Alexandrinum, anno 311. Martyrio functum; cum Scriptores laudet, varique gesta narret, ætate illa longe posteriora: Prolata vero illic Clementis, Apollinaris, Hippolyti testimonia sola referentis fide niti, lubrica certe, ac plane nulla. Quibus motus Clarissimus Chronici Publicator *Carolus du Cange*, hanc miseræ huic lacinie notam appinxit ad marginem, *falsa sunt ista.*

Quare id certo relinquatur, Patrum omnino neminem novo huic systemati suffragari. Patribus autem summo consensu statuentibus, Christum Dominum Judaicam cœnam, seu Agnum Paschalem in mortis pervigilio manducasse, Divinasque Scripturas in eum sensum interpretantibus, ingentis audacia, ac petulantia est, oppositum statueri velle, sacrasque Scripturas in contrarium sensum inflectere.

# MELCHIORIS CANI VINDICATIONES,

AD INSTAR PROLOGI GALEATI,

Quibus nonnullorum in ejus Libros de Locis  
Theologicis accusationes refelluntur,

AUCTORE

F. JACOBO HYACINTHO SERRY

DOCT. SORB. &c.